Salua me ex ore leonis et a cor-
nibus unicornium humilitatem
meam. Narrabo nomen tuum
fratribus meis in medio ecclesie
laudabo te. Vias tuas domine
demonstra michi et semitas
tuas edoce me. Et dirige me
in ueritate tua. Memento mise-
racionum tuarum domine et
misericordiarum tuarum que
a seculo sunt. Delicta iuuentu-
tis mee et ignorancias meas
ne memineris domine. Se-
cundum misericordiam tuam memento
mei. tu propter bonitatem tuam
domine. Dulcis et rectus dominus
propter nomen tuum domine
propiciaberis peccato meo mul-
tum est enim. Vide humilitatem
meam et laborem meum. et di-
mitte uniuersa delicta mea.
Custodi animam meam et erue
me non erubescam quoniam speraui in te